

∇. Ora pro nobis., vel Amávit eum Dóminus. cum Allelúia., ut supra dictum est. pag. 875.

Ad Magnificat Antiphona In civitaté Dómini. pag. 866.

AD Memoriam unius vel plurium Martyrum aut Confessorum Tempore Paschali, erit in j. Vesperis Antiphona Fíliæ Jerúsalem., pag. 865.; in ij. Vesperis Antiphona In civitaté Dómini., pag. 866.; ∇∇. vero desumentur ex Communi alterius Temporis, addito Allelúia.


✚ Quod si eodem die contingat fieri Ōfficium de uno Martyre sive Confessore et fieri Memoriam de alio Martyre aut Confessore, ad Magnificat dicatur Antiphona quæ notatur in Communi Temporis Paschalis, ad Memoriam vero desumetur ex Communi alterius Temporis, addito Allelúia.

✚ Ab Octavis Paschæ, usque ad Vigiliam Ascensionis, de Cruce facienda est Memoria, ut sequitur, exceptis festis Totis Duplicibus et festis Duplicibus.


Ad Memoriam

de Cruce


Ant. ij. toni.



CRUCEM sanctam súb-i-it qui inférnum



confrégit : accínctus est po-ténti-a, surréxit di-e



tér-ti-a, alle- lú-ia.

∇. Dícite in natióibus, allelúia. R̄. Quia Dóminus regnávít a ligno, allelúia.